

(Tertium correlarium)

Ex^{a)} eodem fundamento fassus est se in XVI annis non^{a)} confessum nec communicatum nec teneri ad illa, sicut nec^{b)} ad ieiunia ecclesie. Postea^{c)} addidit, quod illi, qui sunt^{d)} sub ecclesia, tenentur confiteri, non illi, qui non sunt sub illa. Similiter illi, qui nondum sunt in perfectione, tenentur, sed ipse et alii perfecti non tenentur ad similia.

(Quartum correlarium)

e)

Ex eodem fundamento fatetur se plus teneri ad credendum spiritui, qui eum regit^{f)}, quam cuicumque doctrine, que predicatur in ecclesiis publice^{g)}.

(Quintum correlarium)

Ex eodem fundamento fatetur se non teneri ad obediendum^{h)} potestati seculari utpoteⁱ⁾ mandatis imperatoris, principum neque burgo-meistrorum^{k)}, semper fundans se non teneri obedire duobus: spiritui^{l)} et homini, cuiuscumque status existat.

(Sextum correlarium)

m)

Ex eodem fundamento dixit se non teneri ad observanciam mandatorum dei. Racio quia illaⁿ⁾ mandata dei, que in scripturis sacris continentur, sunt mandata mortis; sed tenetur solummodo^{o)} obedire mandatis vite, que appellat inspirationem sui spiritus in interiori homine. Addit^{p)} se nescire, quid sit ille instinctus, nec exterior homo^{q)} sciat, sed solus homo interior, et nichilominus^{r)} debet obedire interiori.

s)

In speciali interrogatus, an ne teneatur honorare patrem et matrem eis succurrendo in necessitatibus eorum, respondit quod non, licet^{t)} hoc deus precepit fiendum, nisi ad hoc a suo spiritu intrinsecus impelleretur.

Secunda materia de novo testamento.^{u)}

Et non solum mandatis dei, sed etiam^{v)} dicit se non esse obligatum scripturis novi testamenti, quod nos vocamus ewangelium Christi et epistolas sanctorum apostolorum. Racio: quia^{w)} illud testamentum sit^{x)},

a) statt Ex ... non: iam 13 annis non fore R b) statt sicut nec: sed neque R c) statt Postea: Et postquam R d) folgt in ecclesia vel R
e) Überschrift: Secunda materia de observacione mandatorum dei R f) regerit R
g) folgt de preceptis dei. Item quod non tenetur credere sermonibus dei vel predicatoribus. Item R h) obedienciam R i) ut puta R k) burgimastorum R l) folgt scilicet R m) Überschrift: Quod non tenetur ad observanciam mandatorum dei. Item ... R n) quod ille R o) solum R
p) addidit R q) folgt hoc R r) folgt exterior homo R s) Überschrift: An honorare patrem et matrem? Item ... R t) sicut deus hoc preceperat fiendum vor respondit R u) Secunda ... fehlt R, dafür später Materia tertia: de novo testamento v) folgt nec R w) quod R x) folgt id R.